

I. hypothesis. *omne hoc* (ceperim δεικνῶς aut refer ad dicta) *tentavi & periclitatus sum per sapientiam*. Confer I. reg. 4:29.30. 31. & supr. c. 2:1. & c.

II. consequens lapsus

aa. in præsumtionem. *Dixi, sapiens sum; vel, sapienter me geyam, non peccabo, etiamsi hinc illic mihi indulgeam.*

bb. in peccatum. *ab illa* (ellipsis conjugati nominis. Sed malim *illud*, nim. *sapere*; ut in sequenti versu sub masculino genere subintelligendū est) *longè aberat à me*. v. 23. hoc est, ex præsumptione incidi in peccatum: itaque deprehendi, sapientiam istam nimiam non profuisse mihi ad justitiam.

v. 24.

III. Ἐπίκε, *de Sapientiæ profunditate & distantia ab imperfectionis humanæ captu*. vers. 24. *Longinquum est, quicquid fuerit, quantumcunque quis profecerit; & profundum, profundum. Quis assequetur illud?* Confer Job. 11: 6. 7. 8. 9. 28: per totum.

v. 25.

ij. explicationem

I. præsumtionis. vers. 25. *incitatus sum ego & cor meum*, (fatetur nimiam curiositatem cum sui fiducia) *ad cognoscendum*, scil. τὸ ἀναφύρον; & *ad explorandum*, ad affectum q. in bono & tuto collocandum; & *querendum sapientiam & rationem*, ut mihi in omni re ac facto ratio constaret; & *ad cognoscendum improbitatem stultitiæ*, quæ fudit vanis, & *levitatem*, quæ gaudet vanis, & (αἰσῶδες, quale ps. 45:5. 9.) *furorem*, qui temerario impetu fertur ad vana. Vide initio cap. 2. & alibi.

v. 26.

II. discriminis, in quod incidit. Vide

aa. mali quantitatem. *inveni, expertus sum, amarius morte*. *Tantus dolor est in pœnitundine.*

bb. causam. *mulierem non bonam, sed cuius* (relativum non reduplicat, sed specificat) *corescent laquei & retia*, h. e., quæ blanditiis subdolè exhibitis capere & irretire didicisset, *vincula manus ejus* (Asurim abstractè, ut c. 4: 14. Jud. 15: 14.) *Sensus: manibus injectis retinet, tanquam vinculis; & captum ducit, quocunque vult*. Confer I. Reg. 11: 4.

iiij. Ἰνίκε, *de*

I, *judicio Dei in dispensatione hujus discriminis.*